Amplissime Magistratus! Domini Domini
Singulariter Colendi!

Nuncium per Genitorem meum adlatum Grato Accepi animo; ideo vel maxime, quia meam in Patria Accomodationem Complectebatur. Verum Gaudium illud, quod exinde Ortum est, ita rerum Circumstantiae confundant, ut quid facto opus sit non facile inveniam; Iam enim et ipse, in hac nova dimensione Sum Accomodatus ab Illustrissimo Comite Antonio Appony, unde liberari si non est difficile, certo Confusum. Interim tamen si Amplissimo Magistratui mea Servitia placent, et probant, humillime insto, ut de annua mea pensione decretum decretum, ab Excellentissimo Comite Sapuele Zeleki Supremo Comissario Regio et Amplissimo Magistratu Subscriptum, et Sigillo M. Corroboratum mittere dignarentur, ut me apud Ill. Comitem Aponyi de hac Accomodatione legitimare possim, Credo, et promitto ut quam totius Szegedini Compaream. De eo autem utrum Amplissimus Magistratus tantum eo usque donec hae dimensio Zenutorum durabit me pro Geometra habere, an vero Continuo, post hoc etiam reservare et eandem pensionem dare velit, peculiari epistola humillime insto ut Commone faciat Amplissimus Magistratus. Ignoscet Amplissimus Magistratus; quia hae sunt media ut ab Ill. Comite, et Subdelegata Comissione Szegedinum quam totius eundi et ibi officio Geometrae Subeundi facultatem Obtinere possim. Interim me ulterioribus etiam favoribus recomendans sum

Amplissimi Magistratus

Dedi Kökesdini Feb. 20 [illegible]. Servus ad Obsequia paratissimus
Steph. Vedres A. G.

1

Csongrád Megyei Levéltár